Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

facto Non enim audemus inserere
aut comparare nos quibusdam qui
se ipsos commendant: sed ipsi in
nobis nos metipsos metientes: et
comparantes nos metipsos nobis Nos
autem non in immensum glorian-
bimur: sed secundum mensuram regu-
le qua mensus est nobis deus:
mensura pertingendi usque ad vos
Non enim quasi non pertingentes ad vos
superextendimus nos usque ad vos
enim pervenimus in evangelio christi:
non in immensum gloriantes in alie-
nis laboribus Spem autem habentes
crescente fidei vestre: in vobis
magnificari secundum regulam nostram
in habundantia: etiam in illa que
ultra vos sunt evangelizare non
in aliena regula in his que parata
sunt gloriari Qui autem glorian-
tur in dno glorietur Non enim qui
se ipsum commendat ille probatus est
sed quem deus commendat

Utinam sustineretis modi-
cum quid insipientiae mee
sed et supportate me Zelo
enim vos dei emulatione: de-
spondi enim vos vni viro virginem
castam exhibere christo Timeo autem
ne sicut serpens evam seduxit as-
tucia sua: ita corrumpantur sensus
nostri et excidant a simplicitate
que est in xpo Nam si is qui venit
alium xpm predicat quem non predica-
mus: aut alium spiritum accipitis
quem non accepistis: aut aliud
evangelium quod non accepistis: rete
pateremini existimo enim nichil me
minus fecisse a magnis apostolis
et si imperitus sermone: sed non
scientia sed in omnibus autem mani-
festus sum vobis aut numquid peccatum
feci me ipsum humilians: ut
vos exaltemini Quoniam gratis evan-
gelium dei evangelizavi vobis
alias ecclesias expoliavi acci-
piens stipendia ad ministerium ves-
trum: et cum essem apud vos et es-
gerem nulli onerosus fui Nam quod
mihi deerat supplenerunt fratres
qui venerunt a macedonia et in
omnibus sine onere me vobis se-
nui: et servabo. Est veritas
xpi in me: quoniam hec gloriatio
non infringetur in me in regioni-
bus achaie existere: quia non di-
ligo vos Deus scit: Quod autem
facio: et faciam: vt amputem occa-
sionem eorum: qui volunt occasionem ut
in quo gloriantur inveniantur sicut
et nos Nam eiusmodi pseudo
apostoli sunt operarii subdoli
transfigurantes se in apostolos
christi Et non mirum ipse enim sa-
tanas transfigurat se in angelum
lucis. Non est ergo magnum: si
ministri eius transfigurentur velut mi-
nistri iustitie quorum finis erit fin
operum eorum secundum dicta: ne quis me
putet insipientem Alioquin velut
insipientem accipite me: ut et ego
modicum quid glorier Quod loquor
non loquor secundum deum. sed quasi in
insipientia: in hac substantia glo-
rie Quoniam multi gloriantur secun-
dum carnem: et ego gloriabor. Libenter
enim sufferetis insipientes: cum sa-
pientes sapientes Sustinetis enim
si quis vos in servitutem redigit
si quis devorat. si quis accipit.
si quis extollitur. si quis in faciem
vos cedit. Secundum ignobilitatem
dico: quasi nos infirmi fuerimus
in hac parte. In quo quis audet
in insipientia dico: audeo et ego
hebrei sunt: et ego israhelite sunt
et ego. Semen abrahe sunt et ego
ministri xpi sunt: et ego Vt min-
sapiens dico plus ego in labo-
ribus plurimis in carceribus habundanter
in plagis super modum: in mortibus